

## INTROIT

Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum. (Ps. 77: 1) Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

## COLLECT

Omnípotens et miséricors Deus, unívrsa nobis adversántia propitiátus exclúde: ut mente et córpore páriter expediti, quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### *For St. Hilarion*

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Hilarióni Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur.

### *For St. Ursula & Companions*

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Vírginum et Mátyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

## EPISTLE Ephesians 4: 23-28

Fratres, Renovámini spírítu mentis vestræ, et indúite novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia, et sanctitáte veritátis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímuni veritátem unusquísque cum próximo suo: quóniam sumus ínvicem membra. Irascímuni, et nolíte peccáre: sol non óccidat super iracúndiam vestram. Nolíte locum dare diábolo: qui furabátur, jam non furétur: magis autem labóret, operándo máribus suis, quod bonum est, ut hábeat unde tríbuat necessitátem patiénti.

## GRADUAL Psalms 140: 2

Dirigátur orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine. Elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Allelúja, allelúja. (Ps. 104: 1) Confítémuni Dómino, et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. Allelúja.

## GOSPEL Matthew 22: 1-14

In illo témpore: Loquebátur Jesus princípibus sacerdotum et pharisæis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum cælórum hómini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocáre invitátos ad nuptias, et nolébant veníre. Iterum misit álíos servos, dicens: Dícite invitátis: Ecce prándium meum parávi, tauri mei, et altília occisa sunt, et ómnia parátá: veníte ad nuptias. Illi autem neglexérunt: et abiérunt, álíus in villam suam, álíus vero ad negotiatióne suam: réliqui vero tenuérunt servos ejus, et contuméliis afféctos occiderunt. Rex autem cum audísset, irátus est: et missis exercítibus suis, pérdidit homicidas illos, et civitátem illórum succéndit. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem parátæ sunt, sed qui invitáti erant, non fuérunt digni. Ite ergo ad éxítus viárum, et quoscúmque invenérítis, vocáte ad nuptias. Et egréssi servi ejus in vias, congregavérunt omnes, quos invenérunt, malos et bonos: et implétæ sunt nuptiæ discumbéntium. Intrávit autem rex ut vidéret discumbéntes, et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli. Et ait illi: Amice, quómodo huc intrásti, non habens vestem nuptiálem? At ille obmútit. Tunc dixit rex ministris: Ligátis máribus et pédibus ejus, míttite eum in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

## OFFERTORY Psalms 137: 7

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine: et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciat dextera tua.

## SECRET

Hæc múnera, quæsumus, Dómine, quæ óculis tuæ majestátis offérimus, salutária nobis esse concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### *For St. Hilarion*

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Hilariónus Abbas, quæsumus, in salutem nobis proveníre depóscat.

### *For St. Ursula & Companions*

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Virginum et Mátyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

## COMMUNION Psalms 118: 4, 5

Tu mandásti mandáta tua custodíri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas justificatiónes tuas.

## POSTCOMMUNION

Tua nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et tuis semper fáciat inhærére mandátis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### *For St. Hilarion*

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Hilariónus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiúnis percipiámus suffrágia.

### *For St. Ursula & Companions*

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Virgíribus et Mátyribus tuis Ursula et Sociábibus ejus: ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

I am the salvation of the people, saith the Lord: in whatever tribulation they shall cry to Me, I will hear them and I will be their Lord for ever. (Ps. 77: 1) Attend, O my people, to My law; incline your ears to the words of My mouth. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. I am the salvation of the people, saith the Lord: in whatever tribulation they shall cry to Me, I will hear them and I will be their Lord for ever.

O almighty and merciful God, graciously keep us from all things that may hurt us: that we, being set free both in body and soul, may willingly fulfill those things that Thou wouldst have done. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the intercession of blessed Hilarion the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, our God, to venerate with unceasing devotion the victories of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, though we can not worthily celebrate their merits, we may at least offer them our humble service. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Be ye renewed in the spirit of your mind, and put on the new man, who according ito God, is created in justice and holiness of truth. Wherefore, putting away lying, speak ye the truth every man with his neighbor, for we are members of one another. Be angry, and sin not. Let not the sun go down upon your anger. Give not place to the devil. He that stole, let him now steal no more; but rather let him labor, working with his hands the thing which is good, that he may have something to give to him that suffers need.

Let my prayer be directed as incense in Thy sight, O Lord. The lifting up of my hands as evening sacrifice. Alleluia, alleluia. (Ps. 104: 1) Give glory to the Lord, and call upon His Name: declare His deeds among the Gentiles. Alleluia.

At that time, Jesus spoke to the chief priests and the Pharisees in parables, saying: The kingdom of Heaven is likened to a king, who made a marriage for his son; and he sent his servants, to call them that were invited to the marriage, and they would not come. Again he sent other servants, saying: Tell them that were invited: Behold, I have prepared my dinner; my oxen and fatlings are killed, and all things are ready: come ye to the marriage. But they neglected and went their way, one to his farm, and another to his merchandise; and the rest laid their hands on his servants, and having treated them abusively, put them to death. But when the king heard of it, he was angry and sending his armies, he destroyed those murderers, and burnt their city. Then he saith to his servants: The marriage indeed is ready, but they that were invited were not worthy, Go ye therefore into the highways, and as many as you shall find, call to the marriage. And his servants going forth into the ways, gathered together all that they found, both bad and good and the marriage was filled with guests. And the king went in to see the guests, and he saw there a man who had not on a wedding garment: and he saith to him: Friend, how came thou in hither, not having on a wedding garment? But he was silent. Then the king said to the waiters: Bind his hands and feet, and cast him into the exterior darkness: there shall be weeping and gnashing of teeth. For many are called, but few are chosen.

If I shall walk in the midst of tribulation, Thou wilt quicken me, O Lord; and Thou wilt stretch forth Thy hand against the wrath of my enemies; and Thy right hand shall save me.

Grant we beseech Thee, O Lord, that these gifts, which we offer in the sight of Thy majesty, may be unto us for salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the holy Abbot Hilarion, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation.

Favorably look down, we beseech Thee, upon the gifts laid upon Thine altars, O Lord, for the festival of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, as Thau hast conferred glory upon them through these blessed mysteries, so Thou mayest bestow upon us forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou hast commanded Thy commandments to be kept most diligently: O that my ways may be directed to keep Thy justifications!

May the healing power of Thy grace, O Lord, mercifully rid us of all perversity of heart, and make us ever cleave to Thy commandments. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the pleading of blessed Hilarion the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that what we touch with our lips we may receive with pure hearts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.